



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

De Cereis, & Eleemosinis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

tur , qua omnes quicunque euocati sunt conueniant , vt nulla interposita mora ad illud procedatur .

Ibidem .

Ibid. p. 158

Cautio sit , vt ne simplices homines quidquā superstitionis causa apud mortuum in feretro , aut in eius manibus ponant : aut aliud quod superstitionis speciem præseferat , aut suspicionem habeat , committant .

Cadauer cūm effertur , via procedatur , qua à domo ad ecclesiam recta , ac breuis sit : si verò vñq; adeo breuis & cōpendiosa est , vt ordines eorum qui comitantur funus , intra illius fines contineri non queant , tunc via paulo longiori funus ducatur : idq; iussu , concessiuve sacerdotis qui funeri præfest .

Ibidem .

Prou. I. vif  
pag. 36.

Sermo si quis in funere habebitur , non domi , aut alio eiusmodi loco , sed in ecclesia habeatur .

Nemini quemquam in funere laudare liceat , nisi & personam , & laudationem scriptam ante probauerit Archiepiscopus : liceat tamen in funere cōcio nem habere , quę tota referatur ad humanam miseriā fideliū oculis propounderāt , omnesq; ad vigilandum , & se parandum cohortandos , vel ad alia huius generis documenta tradenda .

Prou. 4. vif.

Qui in funere officijsve funeralibus , vel exequijs quidquā vt infra peccarit ; eius funeris , officijve funeralis omni eleemosina emolumentoque careat omnino : poenaq; sit Episcopi arbitrio , tam ei si acceperit , quām Præfetto , Rektorive qui dari curauit , consenserit , permiserit .

Quicunque à funere , funeralibusve officijs eiusmodi absuerit .

Qui item ad temporis , vel officij puntum ab Episcopo præstitutum non adfuerit .

Qui funere , officiove pro mortuis non peracto discesserit , quod sit dum corpus sepulturæ traditur ,

Rursus , qui non peractis funeralibus officijs discesserit .

Qui item habitu , prout Episcopus prescriperit , non cōuenierit , interfuerit .

Qui contra decretorem provincialium prescriptum quidquā in illis peccarit .

Qui item alia cōmiserit ex ijs , ob que Episcopi iussu pro absente habēdus sit .

Qui item funeris , exequiarūq; curatores , vtpote antiani , vel alio vocati nomine , per se muneric sui partes non obiērint .

De Cereis , & Eleemosinis .

Q Voniam antiquissimi est ecclesia stici ritus , cereos accensos in exequijs , & funeribus ducendis adhibere ; caueat Parochus , nē mortuorū corpora ad ecclesiam comiteretur sine lumine , etiam si gratis id officij præstet .

Luminaria verò , cerei , & funeralia , quę ob sanctiores significationes in funere à quibuscunq; etiam dignitates obtinentib; , & ecclesia maioris canonicis accessa deferri decretum est ; ne ante refinguantur , quām totum officium etiā sepulturæ ritè absolutum sit : quòd si ex causa corporis tunc fortè sepeliri non posset , nec corpus tamē infepultum sine lumine relinquitur .

Quòd de lumenī numero , & pondere , ac etiam de eleemosina auctoritatē . Archiepiscopi præscriptum fuerit , id omnino seruetur . interim Parochi , alij que caueant , ne heredes defunctorum grauent immoderatis sumptibus , maximè cum aliqua auaritia suspicione .

Si mortuorum heredes ita se impie gesserint , vt religiosum exequiarum institutum negligentes , Crucis , clericis , & funeri debita lumina adhibere nolint ; cogantur auctoritate Archiepiscopi ea comparare , quę necessaria videbuntur .

Candelæ omnes , cerei , & quę intortitiae vocantur , qui circum crucem , & cādauer ad ecclesiam deferuntur , & alia quę circa feretrum , & in altaribus , ac reliquis in locis , dum diuina officia in funere celebrantur , heredū impensa ascenduntur , ita Deo oblata etiam intellegātur ; vt eius ecclesiæ sacrificie , in qua mortui corpus humandum erit , continuo addicta sint : ita tamen , vt liceat Rektori ecclesiæ , vel ijs ad quos alioqui ipsi cerei pertinerent , quod diuinis officijs supererit , in aliem eiusdem ecclesiæ vsum , vel etiam ad vitę suę dispensationem arbitratu suo conuertere .

Exequiarum , sepultræ , & anniversariū causā nemo quidquā paciscatur , aut

*aut cum avaritiæ suspicione exigat; sed ijs cleemosinis contentus fit, quæ aut confuetudine probata dari solitæ sunt, aut Archiepiscopi auctoritate probatae fuerint, aut deinceps probabuntur.*

*Quia in re illud etiam seruerut, nè tantum clericis, quantum sacerdotibus loco adhibeantur.*

Ibidem.

*Miserabilium autem personarum, qui bus mortuis nihil, aut ita parum superstes, vt suis impensis humari non possint, exequiæ gratis omnino fiant.*

Pro. 4. vtsu.

*Cleemosinæ, quæ clero ob funus, aut defunctorum officium datur; ne in ecclesia, cœmieroie, aut spectante populo, sed eo remoto, locoq; sperato, factis exequijs officijsve, distribuuntur.*

Ibidem.

*Ne pactiones de funere, aut de exequijs pro mortuo celebrandis cum defuncti hærede, aut alio ad quem pertinet, à Parocho, aliove ea conditione fiunt, vt certa cere pars, quæ exequiarum officijs supererit, ipsi hæredi, aut alteri restituatur.*

Pro. 4. vtsu.

*Ne Parochi, alijsve clericis, neq; item exequiarum curatores, alijsve, quicunque, in funere operam ponunt, pignora capiant, quibus sibi caueant de funerali cleemosina, aut de eorum opere in funere præstito mercede.*

Ibidem.

*Pro crucibus autem, & quæ circa cadaver, aut cœnotaphium disponuntur; pro campanis item, lampadibusve, alijsve prætextu, aut nomine, nihil præterea capiat, exigatve, nec capitulū, nec quicquam de capitulo, nec rector, nec sacrificia, custos, alijsve clericus quicunque; nisi si quid est, quod fabricæ, aut sacrificiæ campanarum nomine dari pia consuetudinis Ordinarius esse censuerit, idque verè in eum vsum cedat. At pro crucibus nihil omnino, quovis etiam fabricæ vel sacrificiæ nomine accipi liceat.*

Ibidem.

*Capitula, canonici, & alijs ministri quicunque sint ecclesiarn, ne cœnotaphij quod in officio pro mortuis ex tabulis struitur, nomine quidquam capiant. Quantum clericorum vistato nomine dari solet, tantum custodibus, qui in minoribus ordinibus constituti sunt, detur; si in sacris fuerint, habeant quantum sacerdotum nomine datur.*

*Qui vero custos, vel crucem prætule-*

*rit, vel campanas pulsauerit, tunc ille accipiat, quod eo nomine tantum dari statutum est.*

*Eius generis homines, & alijs qui in funus se ingerunt, nec quidquam opere ponunt, nihil omnino consequantur.*

*Ne clerici, neve alijs quicunque sint, qui aliquam in funere curam ponunt, vestes, indumenta, ornamenta ve cadaueri exhibita, nisi a sponte offertibus accipiant, sed gratis, ac sine mora ijs ad quos pertinent, omnia planè restituant.*

*Pro loco in quem mortuus infertur, à nemine, ne sacrificiæ quid. m, aut fabriæ, ecclesiæ, aut confraternitatis aliquius, alteriusve pij vslus nomine, quidquam prorsus exigatur: piæ tamen & laudabiles consuetudines seruabuntur.*

Prou. 1. &amp;c. vtsu.

Pro. 4. vtsu.

## De ritu funerum.

*O fficium, seu officij exequiarum, illa pars quæ litanias sequitur, & incepit, vsque in vita, nullo modo omittatur; sed totum omnino absoluatur, etiam si ex casta corpus tunc sepulturæ nō tradatur.*

*Quod antiquissimi est instituti, illud quantum fieri poterit, retineant Parochi, & alijs funerum curatores, ut Missa præsente corpore defuncti pro eo celebretur, ante quam in sepulturam inferatur; cuius quidem celebrandæ locus in officio exequiarum adnotabitur.*

*Laicum hominem defunctum, quo- Ibidem.  
uis etiam generis, gradus, dignitatise nomine illustrem ne clerici efferat; sed laici: qui alicuius confratriæ etiam esse possunt.*

*Non liceat laicis hominibus, etiā ibidem.  
confratribus, aut alijs societati adscriptis, mortuo cuius funus agitur, totum officium sepulture præstare; sed sacerdotes & clerici eo nomine vocari id totum perfectè expleant: poterunt tamen confratres, si clerici desint, in cantandis psalmis, & litanis sacerdoti respondere.*

## De sepultura.

*Consuetudo multis locis intermissa mortuos in cœmeterijs sepeliendi Pro. j. vtsu.*

T. 2. resti-